

foffet, und andern *Carmina* Vol. II.

A. W. 75. Quart.

4.

Cä

8. 9.

9. 10.

10. 11.

Cä

11.

12.

14.

15.

16. 17.

Cä

20.

21. 22.

D




23 21

ELEGIA
PHILIPPI FRENCKINGI

Ad

Nobiliss^{os} Amplissimosq^s, Dnn.

PRÆCONSU-
LEM, PROCONSULES
& Consules Inclytæ Reip:
Dantiscanæ.




GEDANI,
Typis R HETIANIS Anno
c I o I o c x x I I I .



EI EGI
PRECONALI
LEM PROCONSER
a College, Techne Regis
Dumigen





ELEGIA
De
NOVIS MUNITIONUM
substructionibus ad Patriam
Gratulatoria.

Cum lustrarem operas, quæ se nova mœnia tol-
lunt,
Et carros & equos artificesq; manus,
Non poteram affectu ruris stimulante paterni,
Quin hac incultis accinerem numeris:
Surgite felici nascentes sidere Muri,
Surgite, successus accelerante DEO.
Non Sanabellatici vos invida vocula Momis
Turbet, & affectum non remoretur opus.
Hoc amor, hoc Patrii Libertas aurea Fundi
Poscit, & exemplis Res satis ipsa probat.

Esto

Esto aliquis muro includi muliebre putârit,
Inq̄ manu inq̄ armis spem posuisse, Viri:
Non dubia est primi Prudentia bellica Regis,
A quo, Roma, tui nominis Auspicium est,
(Septem quæ una sibi muro circundedit arces,
Terminus hinc, Orbis qui fuit, Urbis erat.)
Ille tamen patriam succinxit mœnibus, & non
Hæc impunè Remus transiliisse tulit.
Mœnia post tabula bis sex sacrosancta cavebant,
Scandere non civi, qua capitale foret.
Ante quoq̄ Aeneas, quoties fatalia tecla
Molitus Latio littoribusq̄ fuit:
Castrorum in morem, mansura Conditor Urbis,
Inclusit pinnis aggeribusq̄ locum.
Aeneadæ ex illo, sine castris prælia nunquam,
Prælia nec Miles Cesarianus init.
Namq̄ acie victo datur ad sua castra receptus,
His exuto, acie vel superâsse parum est.
Nec pulli modò Martis, & ipsi pacis alumni
Consultum hoc sociis cætibus esse rati.

Flexa-



Flexanimi Amphion suadâ rapida^e, ~~doqñj~~ vi
Polluit, ex prompto consilioq; Domi;
Scilicet ille modis animavit scansile saxum,
Quando rudes docuit cogere saxa viros:
Dum licet & pax est, date propugnacula, Martis
Summotura suo tempore, dixit, equos.
Palladis inventum, regit hac, quas condidit, arcès,
Illa & Militiae Praes, & illa Togæ.
Tutior Urbs, eademq; alias conspectior anteit,
Quæ nunquam septis stat caritura bonis.
Principè his opus est, incurribus obvia multis
Extremo Regni limite si qua sita est,
Natura monstrante viam, quæ cornibus Uros,
Ungue Tigres, rostris armat & ornat Aves.
Nidus inaccessis suspensus vepribus, annon
Effugit aduersæ vimq; dolumq; fera?
Nemo quidem in vestem spoliat, sed inermis adesses
Non tamen incultus, raptibus ansa data est,
Prædonesq; ultrò invitatis; nisi desipis ergo
Adde gregi caulas, postibus adde seras:

Hortor



Hortor amare focos, arcemq; attollere, cives,
Quæ clypeus veluti vestraq; vosq; tegat.
Dixit, & in morem nigricantum frugilegarum
Fervet opus per opum mutua, perq; manus,
Donec in augustam crevere palatia formam
At nisi disidiis, non ruitura, suis.
Muri quinetiam Dis facti autoribus III
Urbs velut experta est, non satis aqua Dilis.
Hos quia nam justo precio haud dignata, recepit
Quod meruit premium fraudibus illa suis;
Laomedon te postquam perjuria lingue
Cum serâ Trœs posteritate luunt.
Nempè DEO averso, nil claustra valent obicesq;
Indulgente, valent claustra obicesq; DEO.
Firma fuit Babylon, fuit Urbs Solymeaq; firma,
Hosti præda suo non minus ecce jacent,
Illaq; & ista jacet, licet haud sine numine structa
Inq; Sionais collibus arce potens.
Quis Buram ac Helicen nescit bimareq; Corinthon
Ne sed ubi est queras illa vel illa? fuit.

Culma



Culma alluta mari quondam, mediterrea facta est,
Quà nunc plastra gemunt, tunc ratis egit iter.
Sic etiā, ut perhibent, Gdana Insula pisce natata est,
Insula seu mālis interrammanus ager.
Julinum è contra, Wisby atq; Wineta sub undis
Nunc latet, innumeris olim habitata viris.
Sic qui confisus sibi, nil divina moratur
Auxilia, E magnos spirat ab ore animos,
Fallitur, E dicto citius se pulveris instar
Agnoscet, Furia succutiente faces.
Ignavi esse ferens ope vincere Numinis Ajax
Cade sui ipsius dat documenta rei.
Judicioq; DĒI Rex obbrutescere jussus,
Ingens ingentes dum crepat usq; strues,
Cui caput ex auro, caput imperiale Colossi,
Arbor honorata qui quoq; frondis erat.
Sit Pietas, igitur sit prima sit ultima cura,
Urbsq; erit in muris illabefacta suis.
Et sua sunt REGI, sua sunt præstanda cuivis,
Si tribuas primūm, qua tribuenda DĒO.


Est



Est aliquid montes transferre, educere moles
Atq; minas cælo, plus sed amare D E V M est.
Heröas super ille suos, flamasq; ministrans,
Ceu vallo munit circumneunte tuos.
Suma sit hac voti: NOS MURI ET NOSTRA
CORONENT,
PRO MURIS MURI STET DEUS IPSE
LOCO.

AD
SER. POTENTISSIMVMQVE PR. AC DN.
DN. SIGISMUNDUM III. &c.
Inscriptio Vestibuli Regalishospiti.

Balthico ab Oceano mare ad usq; albumq; nigrumq;
Te populi agnoscunt Et tua jussa colunt:
Cumq; nihil Regis sit majus Numine Tanti,
Te tantilla tamen, Rex, domus ista capit.





23
24

ELEGIA PHILIPPI FRENCKINGI

Ad

Nobiliſſos Ampliſſimosq; Dnn.

**PRÆCONSUL-
LEM, PROCONSULES
& Consules Inclytæ Reip:**

